proxime tunc venturarum. Nec non etiam idem ac eius posteris con-
cedit liberam utifruitionem Custodiam cum omni iure dominio ac propri-
tate ut possit et valeat res omnes mobiles suas proprias de bonis
praefatis per eosdem Custodes eorum bonaque praefata obligata munda
et libera facere, semel a die exemptionis ad decursum octo septi-
manarum proxime venturarum. Quam utifruitionem Custodiam ac libe-
ram rumationem et evectionem de bonis praefatis ipse Andreas Fre-
dro se et suos successores super bonis suis omnibus in manus praefati
Jacobi Samawski et eius successorum inscribit nec per se nec per
suas quasvis submissas personas praepedire sub vadio simili
Mille Noningentorum florenorum poenae communis. Praeterea praefati An-
dreas Fredro et Jacobus Samawski se sibi invicem et mutuo in-
scribunt seque cum successoribus suis obligant super omnibus bonis
suis. Intercisam certam manibus et sigillis suis propriis commu-
nitam tam in toto quam in minima parte tenere et inviolabiliter
observare eidemque satisfacere sub simili vadio Mille Noningen-
torum florenorum poenae communis, in defectu complectionis omnium in praefata
intercisa contentorum et descriptorum per partem non tenentem et pre-
missa non exequentem parti tenentem totius quotiens opus fuerit ad sol-
vendum succumbentem. Insuper etiam praefatus Andreas Fredro
se et successores suos super omnibus bonis suis obligat et inscribit
praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria praemislien. ante
decursum unius anni transferre transportare similemque vel melio-
rem recognitionem facere prout praefato Jacobo Samawski et illius
successoribus utilius et condivisibilius visum fuerit. Et circa
transportationem inscriptionis praesentis Generosam Annam de
Orzechowicze consortem suam legitimam cum duobus amicis ipsius
de lenea praeterea proximioribus ad praefata acta terrestria praemi-
slien. adducere et statuere. Quae adducta et statuta tenebitur
super inscriptionem praesentem quoad omnia iura sua reformatoria
et adiutatoria et alia quaevis eam in dictis bonis quoquomodo concernentem
consentire, eandemque inscriptionem in omnibus conditionibus appro-
bare et ratificare sub simili vadio Mille Noningentorum
florenorum poenae monetae polonicalis. Quae omnia et singula praemissa
in praesenti inscriptione contenta et descripta idem Andreas Fre-
dro tam in toto quam in minima parte facere complere et exequi
se et suos successores super omnibus hereditatibus obligatis mobilibus
et immobilibus bonis suis nunc et in post habitis inhaerentibus in to-
to priori recessioni obligat sub vadio et vadiis speciali et
specialibus Mille Noningentorum florenorum poenae communis totius quotiens
opus fuerit ad solvendum succumbentem. Pro quo quidem vadio seu va-
diis rationem praemissorum non completorum se se unus alteri citare
permiserint vel illorum successores praemiserint extunc a iure foro
suis quibusvis propriis iurisdictionibus suaquavis competentia terrestri
recedentem coram Castrensi Capitaneali praemislien. Judicio seu
officio in primo citationis termino tanquam peremptorio stare
parere respondere ac pro praefato vadio seu vadiis totius quotiens
opus fuerit satisfacere cum suis successoribus unus alteri tenebitur

Nullum terminum ocasione praemissorum vera vel simplici infirmitatis
actione pro maiori differendi. Appellationes cum motionibus earumque pro-
sequentes a iudicio seu officio nullas faciunt ad quietationem extra acta
praesentia dilectionem sibi non recipiunt, Nullisque aliis modis exquisi-
tis et exquirendis bello, coloquio, conventione generalibus vel particula-
ribus, litteris et decretis regalibus, servitio militari et reipublicae sive
Sacrae Regiae Maiestatis, absentia a regno, allegationibus quod non feci
evadendi vadium factum et facere me offerre, nec clausula Nominem
ad impossibilia teneri et obligari utendum. Mala in lucro condemna-
tione erroneo processu iuris, non statutione minutis, evasionibus
dilationibus, conversionibus praescriptionibus, suspensionibus, legalibus
quibusvis impedimentis poena trium marcarum et tripleci poena eva-
dendi et prolongandi. Abrenuntiando se nihilominus in universum om-
nibus iuris et facti remediis, et nihil sibi penitus in auxilium
contra inscriptionem praesentem assumendi. Suae suorumque successorum
sub amissione totius causae vigore solutionem praefati vadii et vadiorum
Quo vel quibus vadio et vadiis solutis utique inscriptionem praesenti
et omnibus in ea contentis totius quotiens opus fuerit satisfacere cum
suis successoribus tenebitur. Nulla praescriptione terrestri in praemissis
obstante. Quod mentis firmatum est.

Fredro inscribit se Laziczkij

Comparens personaliter coram officio et actis praesenti Castrensi prae-
mislien. Generosus Andreas Fredro de Poiessowicze a iure fo-
ro suis quibusvis propriis iurisdictionibus suaquavis competentia ter-
restri recedentem, seque cum bonis et successoribus suis omnibus iurisdictioni
praesenti Castrensi praemislien. quoad infrascripta tantum attinet incor-
porandi et inviscerandi mente et corpore sanus exactus publice per ex-
pressumque recognovit. Quia se et suos successores super universis
bonis suis nunc et in post habitis obligat et inscribit ac in manus
nobilis Andreae Laziczki servitoris sui submittit eundem Andream
Laziczki in iure patronatus ipsius ocasione praesentationis sibique
in possessionem et usufructum traditionis plebanatus in oppido Kru-
kiewicze cum omnibus attinentiis, ab omni quavis impositione omnibusque
gentis damnis iniuriis et impedimentis quarumlibet personarum status
sexus et condicionis cuiusvis existentium totius quotiens opus fuerit
tueri defendere evincere, liberare protegere, sub vadio ducen-
torum florenorum poenae monetae polonicalis, per ipsum Andream Fredro
et illius successores ad simplicem verbi assertionem sem iuramento
corporali ipsius Laziczki ad solvendum irremissibiliter et de facto
sine quovis strepitu iuris succumbentem. Nihilominus praefa-
tus Andreas Fredro se et successores suos de omnibus bonis suis
obligat praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria praemislien.
eidem ante decursum unius anni transferre transportare similemque
vel meliorem recognitionem facere alias prout praefato Andreae Laziczki
utilius visum fuerit sub simili vadio ducentorum florenorum poenae
communis monetae polonicalis. Pro quo quidem vadio seu vadiis praefa-
tus recognoscens cum suis successoribus citatus extunc a iure foro

Frectro tenetur Iamoiski